vnde vi, hoc tamen limitat Foller in pract.cri.in 3.par.3.par.
130 princip.num.113.non procedere † in viro robuſto, & ſagaci, vt eius confeſſio ſit valida ſine ratificatione, ſed hoc dictum mihi videtur periculoſum, & quod tutius eſſet habere ratifi-
131 ficationem, & de forma † ratificationis habetur pe Marſil. in practic. in §. quoniam numer.1.cum ſequent & Foller. in practica crim. in verb. ſi confitebuntur in 3.part. 3.part. princip. num.81.

132 Item † adde, quod ſi quis vario modo bis crimen confeſſus fuerit, & poſtmodum confeſſionē ſuam generaliter ratificauerit, non poterit puniri ſed debet reus clarius, magiſque ſpeificè ſuper confeſſione ab eo facta interrogari in ratificatione. Bero.q.126.

133 Item † adde, quod ſi tortura eſſet leuis, & tortus robuſtus, confeſſio ſine ratificatione valeret: & ſimiliter in publicis latronibus confeſſio ſine ratificatione valeret, vt plenè per Maſca. de probat. concluſ.353. numer. 22. cum ſeq volu.1. & ibi numer. 26. dicit, quòd ſi poſt confeſſionem legiti-
134 mam, & ratificatam † & ſententiam appareret de innocentia rei, quòd ſententia non deberet exequi, ſed ego conſulo iudices, vt ratificationem accipiant, etiam quòd tortura fuiſſet leuis.

135 Item, adde quod † non requiritur ratificatio, vbi confeſſio extraiudicialis præceſſerit, ſed abſq; aliqua ratificatione eius diffinitiuè condemnari poterit, gloſſ. fi. in l. capite quinto, de adulter. qui ſequitur Iaſ. in l. Magiſtratib. numer.4. ff. de iuriſd.om.iud. Marſil. in l.1.§. Diuus Seuerus, colum. fin. ff. de quæſt. & in pract.crim. in §.quoniam num.38. & Fel. in cap.olim verſic. octauo fallit de reſcript. & Marſcard.in dict. concluſ.353.numer.22. ſed Gomeſ.de delict. in capit.13.ſub
136 numer.8. dicit † illam gloſſ. & eius concluſionem eſſe falsā, & quòd ſemper legendo, iudicando, & conſulendo contrarium tenuit, videlicet, quod requiratur ratificatio, & optimè intentionem ſuam probat, vt ibi eſt videre. Eandem opinionem tenuit Boſſ. in titul. de confeſſ. per torturam numer. quinto, cum ſeq. vbi atteſtatur illam opinionem nunquam ſe vidiſſe ſeruari in practica. Ego quoque nunquam vidi talem practicam & ſemper mandaui meis Auditoribus, quando euenit caſus, vt ratificari facerent, & hoc eſt ſeruandum, cum ſit magis tutum; & poſt hæc vide Chartar. ita tenentem in praxi interroga reorum in libro quarto, capitulo primo, numer.153.

137 Item adde, quòd † non requiritur ratificatio, nec confitenti prodeſt reuocatio confeſſionis, ſi contra eum adſunt alia indicia iuncta cum confeſſione, licèt per tormenta extorta, quæ inducunt veritatem indubitanter, niſi reuocans probaret contrarium per alia indicia contraria: & hoc procedit, quando eſſet plura indicia valde proxima vero facto ſicut eſt vnus teſtis de veritate facti: & duo de confeſſione facta per eundem cum confeſſione extorta per torturam legitimis præcedentibus indicijs, & quamuis poſtea confeſſio talis extorta, ſit reuocata, poterit ſequi condemnatio, ita tradit Bald.in leg. fin. columna prima, Cod. de prob. quem refert, & ſequitur

g niſi reus in illa perſeueret, & eam ratificet extra tormenta ad banchum iuris. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Boer.in dict.deciſ.163.numer.18. Brun.de ind.& tortura, fol.134. numer.3. & fol. 146. numer. 21. Ita etiam communiter diſtingui atteſtatur Abb.in cap.cum in contēplatione, numer. 17. de reg. iur.& ita ſeruat conſuetudo, vt atteſtatur Bar. in leg.1. in vltimis verbis. ff. de cuſtod. reorum, quem refert Marin. in repet. cap.qualiter & quādo, numer. 233. de accuſ. & Pract. Millei, fol.65.numer. 16. Quod intellige, vt procedat, ſiue talis confeſſio facta fuerit præcedentibus indicijs, ſiue non. & ita communiter teneri atteſtatur Prac. Carer. fol.166. numer. 196. Et aduerte, quia non ſufficit, quòd tortus tacitè perſeueret in confeſſione, illam non reuocando, ſed opus eſt, quòd illam expreſsè ratificet: apud acta. & ita obſeruat conſuetudo, vt dicit Anton. de Canar. de q. in 5. membro, numer.9. Et in hoc propoſito bona eſt practica, quam docet Andr. de Iſern. ſuper 1. parte conſtitutio. Regni, rubr.27. colum.6. quem refert Paris Put. de ſynd. fol. 451. poſt numer. 1. quod ſcilicet h iudex poſtquā habuit confeſſionem inquiſiti in tormentis, non permittat eum conduci ad illos carceres, in quibus ſunt etiam alij carcerati, quia in carcere, vbi ſunt multi criminoſi, & ſchola: quia de facili vnus docet aliam, quid debeat dicere, vt euadat, & ſic, quòd reuocet ſuam confeſſionem: propterea debet eum poni facere in carcere ſeparato. Et dicit Affict. ſuper ea rubric. numero 44. in fin. quod cauti iudices ita faciunt.

41 *Et i circa hanc ratificationem aduerte, quia non debet ſtatim fieri huiuſmodi ratificatio: præſumeretur enim adhuc durare metus tormentorum, ſed expectandum eſt ſpatium vnius diei. Quod intellige ſecundum aliquos, ideſt*

Grammat.in deciſ.34.numer.36. vbi dicit, ita tenuiſſe Boer. in deciſion.163. quod non eſt verum, quinimò ibi numero decimooctauo, tenuit contra Bald. & eius ſequaces, & idem tenet Boſſ.in tit. de confeſſ. per torturam numero quinto, dicens, quòd malè faceret iudex, qui talem confeſſum puniret ſine ratificatione, quia agitur de vita hominis, et quòd negari non poteſt quin aliquid dubij apud iudicem prudentem remaneat. Nam prima eſt extraiudicialis, quę poteſt eſſe facta glorioſè; alia in tortura, quę potuit fieri per metum torturæ, & conſequenter probatio dicitur præſumpta, & magis diuerſi generis, quam eiuſdem, & quòd ideo nunquam vidit illam opinionē ſeruari in practica. Ego vero credo vtrāque opinionem veram eſſe, videlicet, quod opinio Baldi procedat, vti poſſit deueniri ad pęnam extraordinariam; contraria autem, vt non poſſit puniri pœna ordinaria ſine ratificatione, per ea quæ tradit Dominus Clarus ſupra in quæſtio. 20. verſic. ſcias tame cum ibi additis.

138 Item adde, † quòd ſi dubitaret, an confeſſio ſit facta coactè, in dubio præſumitur facta ſpontè, vt dicit Lanf. donat. in ſua prax. capit. 9. de confeſſ. 3. caſ. ſub numer. 18. & Bertazz. conſil. 341. numer.12.volum.2.

139 Item adde, † ſi plenè ſit probatum delictum per capturā perſonæ in flagranti crimine, quod non requiritur ratificatio Gramm.deciſ.36.num.60.

140 Item adde, quod † ſi reus poſt ratificationem reuocaret, non eſt audiendus, ſed non obſtante reuocatione, debet condemnari, Gramm.conſ.40.num.29.

141 Item † adde, an ratificatio, ſiue perſeuerantia requiratur quando quis fuerit tortus in alium, ideſt in teſtē, vt per Ang. in l.fin.C.de quæſtion.

142 Item † adde, quòd non ſufficit confeſſionem factam in tormentis ratificatam fuiſſe, ſed ad hoc, vt dicta confeſſio probet, requiritur etiam, quòd ſit probabilis, poſſibilis, & veriſimilis; & ideo relinquitur arbitrio iudicis, quantum ſit credendum confeſſioni delinquentis facta in tormentis, qui prædicta conſiderare debet, ita latè Marſil. in l. quæſtionis modum num.17.ff.de quæſt.& Menoch.de arbitr.iudic.caſu 269. *Baiard.*

g *Niſi reus in illa perſeueret.*] Limita, niſi præcederet confeſſio extraiudicialis, nam tunc, etiamſi non perſeueraſſet, poteſt condemnari, per Carrer in pract.crim.ante numerum 198. *Giach.*

h *Iudex poſt quam habuit confeſſionem.*] Nota ergo ratificationem delicti in tormentis confeſſati; & quomodo fiat, ſeu fieri debeat ratificatio. Adde ſupra quæſtione vigeſimaprima, verſic. ſed quid ſi Reus in fine quæſtione 55. vnum tamen ſcias ad fin. vide quę de ratificatione dixi ſupra ad quęſtionem vigeſimamprimam, verſicul. vlterius quæro ad fin. *Drogh.*

i *Et circa hanc ratificationem*] Farin.d.q,83.cap. 3.num. 73.& 74.& 76. *Roſ.*

k *Viginti quattuor horarum.*] Vide ad idem per Carer. in pract.pag.167. vbi etiam quando dicatur perſeuerare. *Giach.*

l *Non in carcere.*] Vide Farinac. dicto capitulo tertio, numero ſeptuageſimo, & ſeptuageſimoprimo, & ſeptuageſimoſecundo, & ſequent. *Roſ.*

Non in carcere, ſed ad banchum iuris.] Adde rationem, quia tūc extra carceres, & extra locum tormentorum ratificatio ſic facta, dicitur ſponte facta, & poteſt reus condemnari, ac ſi ſemel abſque tormentis confeſſus eſſet, infra quæſt. 65. verſic. ſed quæro, & de iſta dictione, vide ſupr. hac eadem quęſtione, verſ. nunc de gradibus. *Guiot.*

m Debent etiam fieri.)
134 Adde, quòd † vbi conſuetudo eſt, quod rei in loco torturæ examinentur, & interrogentur, ratificatio ibi facta tenet, & valet ita tradit Cæpoll. in conſ. 39. numero 51. cum ſeq. & hoc ſæpè ſolet eſſe propter anguſtiam locorum, vbi officiales reſident. *Baiard.*

n *Et nota quod licet.*]
145 Adde † videndum conſil. ſine auctore 94. numero vndecimo, volum. primo, inter conſil. crimin. di-
246 uerſ. & in Reg. Neapolit. ſeruatur, quòd in ratificatione adhibentur Teſtes, & etiam reus ſe ſuſcitabat, & ita facit in omnibus ſuis conſtitutis, & ſi ſcribere neſcit, facit ſignū Crucis Titij ſcribere neſcientis: & in ſtatu eccleſiaſtico nō adhibentur teſtes, nec reus ſe ſubſcribit, ſed ſufficit, quòd ratificatio fiat coram iudice. *Baiard.*

o *Solent cauti aſſeſſo-*
144 *res.*] Adde, quod † ſit differentia, ſi Notarius dixit, Talis fuit ſponte confeſſus, vel fuit voluntariè confeſſus; vt per Baldum, in capitulo primo, §. iniuria punitur de pace iuramen. firman. & ibi dicit, quòd iſtud eſt nouum dictum. *Baiar.*

p *Et quaſi, vt plurimum illa ſcriptura eſt falſa.*] Argument eorum, quæ dixit Marſilius rubri. de Fideiuſſoribus, numero trigeſimooctauo, in fine, Alexander conſilio primo, ſub numero ſecundo, & ſequentibus, Verſiculo, Ideò tunc ſcriberet contra veritatem, volumine tertio. Ratio autem huius dicti pulchrè

viginti k quattuor horarū. Et hanc dicit eſſe doctrinam, & practicam huius articuli Ant. Gomeſ. cap.63. delict. num. 24. & ſecundum alios, ideſt de vna die ad alium ſequentem, licet non intercedat plene ſpatium viginti-quattuor horarum, ſed ſit ſaltem nox intermedia. Sed in hoc puto ſtandum eſſe arbitrio iudicis, vt dicit Bartol. in l. 1. diuus Seuerus, numero 4.ff. de quæſt. cuius ſententiam communiter approbari atteſtatur Simancas de hæret.cap.53. numer. 42. & prout etiam in effectu velle Doc. dicit Anton. de Canar. de quęſt. in quinto membro, nu.7. Ipſe ſecundum qualitatem torturæ illatæ iudicabis, quanto temporis ſpatio præſumatur ceſſare dolor, ac metus tormentorum; poteſt enim fuiſſe adeò leuis tortura, vt etiam eodem die non eſſet inconueniens, vt fieret ratificatio interiecto aliquos horarum ſpatio, tutius tamen eſt expectare in diem ſequentem, licet aſſeſſores hoc non obſeruent, vt ait Cępol. conſ. crim. 40. verſic. & quòd in hoc caſu multos enim incontinenti ducunt ad ratificandum: Et (ſecūdum eum) peſſime faciunt: nam proculdubio deberent permittere, vt tortus ſaltem per vnū diem, vel per vnam noctem requieſceret: quod etiam ante eum dixit Ang. in l. 2. nu. 1.C.de Cuſtod.reor.& apud nos optimè obſeruatur.

42 *Debet quoque talis ratificatio fieri l non in carcere, ſed ad banchum iuris, & ſic in iudicio. Ita dicit Bar. in d. l.1.§. diuus Seuerus, numero 3. ff. de quæſt. & ita practicatur, vt atteſtatur Bald. conſil.85.in fi. lib. 1. m Debet ēt fieri in loco, vbi reus tormenta, ſeu inſtrumenta ad torquendum videre non poſſit: aliter enim dici poſſet, quod ad hoc duraret metus tormētorum. Et ita tenent Doct. vt dicit Io. And. in cap.cum in contemplatione, de reg. iur. quem refert Aug. ad Ang. de malefic. in verbo, Fama publica, poſt num. 137. n Et nota, quod ſecundum aliquos tutius eſſet, quòd in tali ratificatione, ſeu perſeuerantia adhiberentur teſtes, ex quo eſt actus tanti præiudicij; tamen hoc in practica non ſeruatur, ſed ſine teſtibus ſtatur actis factis per notarium coram iudice; & ita de generali cōſuetudine obſeruari atteſtatur Vitali.de malef.in tit. de forma perſeuerationis, num.3. o Solentq. cauti aſſeſſores hoc caſu facere ſcribi in actis, quod reus ſponte ita confitetur, & hoc non obſtante, quòd tortura pręceſſerit, & p quaſi vt plurimum illa ſcriptura eſt falſa, vt dicit Bal. in l. 2. nu. 3. C. de cuſto. reor. quem refert Brun. de indic. & tortura, fol. 147. nu. 22. Nihilominus hæc generalis conſuetudo excuſat iudicem, & notarium à pęna falſi, vt dicit Bald. in l. 1. nu. 30. C.de confeſ. quem refert Brun. in loco præalleg. nu. 24. & ſeq. vbi etiam nu. 28. dicit, quod ſi tortura fuit iuſta, & præcedentibus legitimis indicijs illata, tunc ſi tranſacto debito tempore, & interuallo reus confitetur, licet ſcribere ſponte; & ſubdit, quòd ita ſeruat conſuetudo.*

43 *Vbi verò reus, ductus ad bancum iuris ad ratificandum ſuam confeſſionem, illam non ratificet, ſed reuocet, tunc debet iterum in tormentis repeti, ad hoc vt in ipſa confeſſione perſeueret, vt dixi ſupra quæſt. 21. verſ. vlterius quæro.*

44 *Sin q autem reus extra tormenta, & ſeruatis ſeruandis ratificauerit confeſſionem prius in tormentis factam, tunc debet iudex ei ſtatuere aliquem breuem*

colligitur ex ijs, quæ ſcripſit Felinus in capitulo cum M. Ferrarienſis col. mihi 10. verſiculo ſed conſidera, quòd quando extat ſtatutum extra de conſtitut. vbi dicit, quòd quando quis ſcit ſe poſſe compelli, licet ſpontè faciat, dicit facere compulſus ex mente Baldi, ut ibidem, allegat, leg. nouiſſimè, ff. quòd fal. tut. Aret. ibidem Felin. in capitulo primo, poſt principium extra de officio deleg. ibi, & in quātum Abbas tangit; & alia plura, vide ibidem, Boſſius titulo de carceribus, numero vigeſimoſecundo, ad med. Hanc tamen quæſtionem latè defendit pro iudice, Boſſius titulo de confeſſ. num. ſeptuageſimoquarto, & quod talis dictio ſit, vt plurimum falſa, ſequitur Chartar. in pract. interrogan. reorum, libro quarto, capitulo ſecundo, numero decimonono, Marſilius ſingul. prim. & adde quod in tantum verum eſt, quòd iſta dictio ſpontè, ut plurimum ſit falſa, vt magis credatur duobus teſtibus de manu affirmātibus, quam centum atteſtantibus de ſpontanea voluntate, Alciaius tractatu de præſumptionibus regula tertia, præſumptione ſeptima, numero quarto, Decianus in l. in omnibus cauſis, numero octauo, & ibi in addition. ff. de regulis iur.

Et cur hoc, vide rationem congruentem à Iaſone recitatam, in lege ſed, & ſi quis, §. quæſitum, numero vndecimo, ff. ſi quis caution. Videlicet quia Metus eſt actus viſibilis, qui cadit in ſenſum corporis, ſpontanea verò voluntas eſt inuiſibilis ſoli Deo nota, quæ tamen ratio infirmari poſſet ex illa diſtinctione, quia ſimulamus ea quæ non ſunt, diſſimulamus autem (& ſæpenumero) quæ ſunt. Cum Iaſone autem tenuit Alexander conſilio 156. ſub numero tertio, volum. quinto. Probatur autem etiam terror, vt dixi ſupra hac eadem quæſtione, verſiculo nunc de gradibus. *Drog.*

q *Sin autem reus.*) Adde, quod idem tenet Boerius deciſione 160. numero decimotertio, Grammatic. deciſione trigeſimatertia, numero trigeſimoſexto, & Bertazzol. in conſilio 162. volum.1. *Baiard.*

r *Omnes ſuas defenſiones.*) Adde infra q. 65 verſ. 1. ibi, & apud acta. ſup. q. 55. verſ. 55 verſ. fi. ad fin. vbi dat modum defenſionis Reo, quæ ſimul cum eius confeſſione ſtare poſſit. Drog.

ſ *Quæ practica.*) Adde quod hanc pract. oẽs obſeruant, vt dicit Gram. in conſ. 69. in princip. & vide per Ludou. Carrer. in practic. crim. § homicidiũ vltimo, num. 45. Giach.

t *Vide quæ dixi.*] Fari. q. 81. c 9 n. 324 vol. 4. Roſ.

u *Et ſi probat errorẽ.*] Adde ſupr. q. 21. verſ. ſed quid ſi reus ad fin. Drogh.

x *Succeſſiuè quæro nunquid.*] Adde, quod de con-
147 ſuetudine † nedũ poterit interrogari de alijs delictis, ſed torqueri, etiã nullis extantibus indicijs; ſi cõfeſſus fuerit delictum, de quo contra eum erant indicia, Gram dec. 34. n. 34. & dec. 48. n. 1. etiam ſi primũ delictum cõfeſſus fuerit cũ tortura, cũ indicijs, poterit poſtea ſine indicijs interrogari in genere de alijs delictis, etiam diſſimilibus, quando habetur mala opinio de eo, Boſſ. de indic. num. 138. & Foller. in pract. crim. in verb. rei indurati, num. 6. & in verb. & ſi confitebuntur nu. 33. & 97. & hæc opin. tãquã cõis eſt amplectẽda, vt ait Bertaz. conſ. 341. n. 8. ſed
148 hoc † nõ precedit in clerico, quia totus in vno delicto nullo modo poteſt in tortura interrogari de alijs delictis occultis, Foller. in pract. crim. can. in ver. tormentis non ſubijciantur,
149 n. 16. ſed † in Statu Eccleſiaſt. prouiſum fuit per Paulum Tertiũ, quòd reus nullo modo poſſit interrogari de alijs criminibus, de quibus contra eum nõ adſint indicia, vt in 1. parte Bullarij, fol 472. conſt. 58. cuius verba ſunt hæc. Ijdẽ iudices captũ pro vno crimine ſuper alijs, de quib. indicia aliqua non habent nullo modo interrogare præſumant. Sed dicta Bulla non obſeruatur, niſi fortãn in vrbe, in qua nunquã practicaui, ſed attenditur prædicta conſuetudo, & ita in ſtatu Eccleſiaſt. ſemper practicari vidi, præſertim in furtis, aſſaſſinijs, & ſimilibus delictis. *Baiard.*

terminum, puta duorum dierum, vel trium ad producẽdum, & allegandum [r] omnes ſuas defenſiones, quas facere intendit contra ſuam confeſſionem; & ita eſt de communi obſeruantia, vt dicit Marãta in ſuo Speculo, fol. 136. nu. 253. [ſ] quæ practica mihi ſummoperè placet, licet aliqui officiales parum docti illam non obſeruant, & credo, quod aliter reus non poſſet condemnari, quia diceretur mori indefenſus: nam etiam contra propriam confeſſionem, præſertim in tormentis factam, multa deduci, et probari poſſunt, vt dixi ſupra q. 55. [t] Vide quæ dixi infra quæſtio. proxima, circa princip. Quinimo poſſet talẽ confeſſionem etiam poſt ratificationem ex interuallo reuocare; [u] & ſi probaret errorem, eſſe abſoluendus. Et ita refert iudicatum fuiſſe in facti contingentia per conſil. Neap. Gram. ſuper conſtit. Regni, folio vigeſimotertio numer. vigeſimotertio. Dixi ſupra in dicta q. 55. verſic. ſed pone. Vbi verò nihil probet, poterit reus ex tali confeſſione condemnari, & ita tenent omnes, vt dicit Bald. in l. 2. numero tertio, C. de cuſto reorum, quem refert Afflict. ſuper prima parte conſtitut. Regni, rubr. vigeſimaſeptima numero quadrageſimotertio.

45 *[x] Succeſſiuè quæro, nunquid reus, qui confeſſus eſt crimen, de quo contra eum adſunt indicia, poſſit interrogari de alijs delictis, de quibus contra eum non ſint indicia. Reſpon. quod de iure, ſecundum omnes non poteſt interrogare, vt dicit prac. Caſoni. fol. 85. num. 8. & eſt text. in l. 1. in princip. ff. de quæſtion. & dicit Vitali. de malefic. in rubr. quæ indicia, &c. num. 6. & ſequent. quod aſſeſſores, qui hoc faciunt, male faciunt, ſaltem quando proceditur per viam accuſationis. Sed certe quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur de conſuetudine, vt dicit Ang. de malefic. in verbo Fama publica, num. 120. Pract. Millei, fol. 107. num. 19. Dicit etiam Gand. de malefic. in tit. de quæſtio. numero 19. quod de generali conſuetudine totius Italiæ ſeruatur contrarium, & ſpecialiter in furtis, quia magis frequentantur, quem refert Marſ. in pract. crimin. §. conſtante, n. 14. & conſ. 35. n. 9. & Diaz. in pract. crim. canon. c. 117. n. 3. in fi. Brun. de indic. & tortura fol. 129. n. 64. & Gram. voto 13. nu. 2. Idẽ dicit Iacob. de Beluiſ. in prac. crim. in rub. de q. n. 55. pract. Carcr. fol. 168. n. 198. Ant. de Reſtellit, de indic. & tortura, nu. 14. quem refert prac. Cõradi, fol. 292. nu. 22. de hoc etiam generali conſuetudtne Italiæ atteſtatur Guido de Sazar. in trac. de indic. & tortura, nu. 56. Odofr. in tract. 11. de quæſt. quẽ refert Gram. dec. 34. n. 34. & Cæpol. conſ. crim. 40. in 5. dubio, Alber. de quæſt. quem refert Anton. de Canar. de quæſt. fol. 258. poſt num. 5. Paris Pute. de ſynd. fol. 360. poſt nu. 1. Foller. in pract. crim. fol. 263. nu. 6. & fol. 313. numer. 33. Boſſ. in tit. de indic. nume. 137. vbi dicit, quod in hoc dominio interrogantur etiam ſuper delictis non ſimilibns, & etiam de quibus nulla extant indicia. [y] Ego tamen nunquam vidi reum confeſſum de aliquo crimine, interrogari ſuper alijs criminibus, de quibus non adeſſent contra eum indicia, niſi in crimine aſſaſſinij, & furti, & sfroſarionis annonæ, vel ſalis, [z] niſi fortè eſſet iam bannitus, & condemnatus. Tunc enim [a] ſi eſt exequenda condemnatio, ſolet quandoq; torqueri, tam ſuper alijs delictis in genere, quam ſuper [b] ſocijs, complicibus, & receptatoribus.*

16 *[c] Vltimò videndum eſt in hac materia, in quibus caſibus tortura ſemel illata iterum repeti poſſit. [d] Et hoc caſu dici ſolet, quod repetitio tortura eſt [e] arbitraria iudici, & ita practicatur; vt dicit Bartol. in l. vnius, §. reus, numero 1. ff. de quæſtion. quem refert Boer. deciſ. 163. numero 10. &*

y *Ego tamẽ nunquam vidi.*] Cartar. de execut. ſent. c. 2. n. 59. & ſupr. fol 110. & 129. Roſ.

z *Niſi fortè eſſet iã bãnitus, & condẽnatus.*) Cõtrariũ notatur infra quæſt. 82. ſtatuto 7. vbi componitur sfroſatio, de qua dicitur hic, & ibi dixi, & hoc maximè procedit, cũ crimẽ sfroſationis inter atrocia crimina non connumeretur, de quibus ſupra in §. 1. verſ. ſunt etiam. *Drog.*

a *Si eſt exequenda condemnatio.*) Adde, quòd de
150 † iure condemnatus debet torqueri etiam contra alios, vt habetur in le. qui vlt. in fin. ff. de pęnis, & per illum tex. dicit Andreas de Iſern. in conſtit. damna clandeſtina, quod ſi ante, aut poſt condemnationem reus exculpet in-
151 culpatum, quod poterit iterum torqueri. *Baiard.*

b *Socijs complicibus, & receptatoribus.*] Adde ſupra quæſt. 21. verſ. Dictum ſocij, ſupra hac eadẽ quæſt. verſic. ſed nunquid bannitus; ibi, Benè poſſet. At quomodo fiat interrogatio ſuper ſocijs, ſupra q. 51. verſic. Debet autem ibi, ſecus autem ſi interrogaretur vti teſtis contra alium. *Drogh.*

c *Vltimo videndũ eſt in hac materia.*) Adde vi-
152 dendum † Menochium de arbitrar. iud. caſ. 272.

Item adde, quod tortura non poteſt repeti, quando proceditur ex proceſſu informatiuo, ut per Gram
143 mat. conſ. 64. † numer. 9. cum ſequent. & Ioan. Anton. de Nigris in cap. cum ſceleratis in addit. numer. 10. in quo conſilio conceditur præheminentia magnæ curiæ, a qua præheminentia plenè habetur per Carauitam in ritu 259. *Baiard.*

d *Et hoc caſu.*) Farinacius dicta quæſtione 38. numero ſeptuageſimoſecundo, & ſeptuageſimoquinto, & octuageſimoſeptimo. *Roſ.*

e *Arbitria iudici.*) Adde, ut per Iacobum Menochium de arbitr. iudic. lib. 3. caſu 272. *Giach.*

f Leui-

pract.

f *Leuiter tortus poteſt repeti in tormentis.*] Adde vt per Menoch. vbi ſupra, nu. 6. *Giach.*

g *Animo repetendi.*] Adde, q eſt regulare dictum apud latrunculatores, vt dixi ſupr. ad q. 62. verſ. forma autẽ, & q. 57. verſ. Et hæc quidem Menoch. de arbitra. iud. lib. 2. centur. 5. caſu 271. nu. 5. & 6. *Drog.*

h *Noua indicia.*] Adde & vide per Iacob. Menoc. d. caſu 272. numer. fin. & Carrer. in praxi. tract. de ind. & tor. pag. 162. col. 1. & 2. per Foller. in practic. crim. §. & confitebuntur, nu. 73. vbi inquit hanc opinionem communẽ, æquiorem, ſuſtentabiliorem, & magis iuri conſonam, & ſeruãdam eſſe, dixi fuſius in collect. commun. opin. § tortura, num. 2. cum tribus ſeq. *Giach.*

i *Puta, ſi tortus dicebat neminem illa nocte iacuiſſe.*] Adde hoc eſſe aliud indicium præter indicia, de quibus loquitur ſupra q. 21. per totũ. *Drogb.*

K *Aliqui etiam.*] Far. vbi ſupr. nu. 76. *Roſ.*

l *Fortiora primis.*] Adde, vt per Menoch. vbi ſupra ad finem, & fuſius per Carrer. in pract. crimin. in d. tract. de indic. & tortur. pag. 162. colum. 2. & 163. col. 1. & quæ dicantur noua indicia per eundẽ, ibid. pag. 164. Item vide in collect. mea commun. opin. vbi ſup. *Giach.*

m *Nam ille iudex.*] Farin. ſup. nu. 77. *Roſ.*

n *Hæc autem omnia.*] Farinac. ſupra numer. 79. *Roſſ.*

o *Repeti poſſint.*] Adde, quod fallit etiã, quando torquetur reus ad oſtẽdendum ſocios, & mandatores, nam non requiruntur indicia. Item limita, niſi eſſet induratus corpore, & animo, nõ repeti poteſt vt per Carrer. poſt ab eo relatos in pract. crim. tractat. de indic. & tort. pag. 163. columna ſecũda, vbi etiam habes, quod repetitio torturę debet fieri poſt publicatas atteſtationes, & non ante publicationem proceſſus, vide ibi. *Giach.*

p *Poſt num. 1.*] Far. n. 83. vbi ſupra, & numero 89. *Roſ.*

pract. Millei. fol 108. numer. 34. & Grammat. conſ. crim. 12. num. 25. & Marſ. in l. repeti. num. 6. ff. de quæſt. Idem dicit Pariſ. Put. de ſynd. fol. 454. poſt num. 5. quem refert pract. Carrer. fol. 162. poſt num. 189. Catald. de ſyndic. q. 231. Tu verò dic, quòd ſi quidem reus fuit [f] leuiter tortus, poteſt repeti in tormentis, ita vt ſufficiẽter torqueatur: & hoc caſu ſolent Iudices, quando iubent reum deponi à prima tortura, ſcribi facere, quòd illum deponi iubent [g] animo repetendi, &c. Si verè reus fuit ſufficienter tortus, & nihil confeſſus, tũc non poſſunt repeti tormenta, niſi ſuperueniant noua indicia. [h] Ita tenet Dynus in l. repeti. ff. de quæſt. cuius opinio communiter approbatur per Doctores, vt dicit Alber. in rubrica, Cod. de quæſt. numero 8. vbi etiam dicit, quòd ita ſeruatur. Hanc etiam opinionem dicit eſſe communẽ Alexand. conſilio 5. numero 4. libro primo, quem refert Villalob. in ſua collecta communiũ opin. in littera T. verb. Torqueri non debet, Anton. de Roſel. de indic. & tortura, numero 15. quem refert Pract. Conradi, fol 299. in principio. Brunus de ind. & tort. nu. 60. Bologn. in addit. ad tractat. Guid. de Suzar. de ind. & tortur. nu. 58. Io. de Amic. conſil. 37. num. 4. Afflict. ſuper 1. part. conſtit. Regni, rubr. 27. numero 41. vbi dicit, quòd ita vidit obſeruari à bonis iudicibus, & ponit exemplum Bal. in tractatu de quæſtion. folio 251. numero ſexto. puta [i] ſi tortus dicebat neminem illa nocte iacuiſſe, vbi maleficium fuerat commiſſum, poſteà inuentum eſt per teſtes, quòd alius adfuit. Et dicit, quòd hæc eſt communis opinio, idẽque ferè per eadem verba ante eum dixit Guido de Suzar. in dicto tractatu de indic. & tortura, numero 57. & Iacob. de Beluiſ. in tractatu crimin. in rubric. de quæſt. numer. 91. licet ſubdit, quòd aſſeſſores hoc hodie unn ſeruant. Mantua conſ. 208. lib. 2. vbi dicit, quòd iſta eſt communis opin. & practica. Ita etiam communiter vbique ſeruari atteſtatur Alber. in dicta l. repeti numero ſecundo. Aliqui etiã addunt, [k] quòd illa noua indicia ſint [l] fortiora primis: & ita eſſe communem opinionem, atteſtatur Gand. de maleſic. in titulo de Quæſtion. numero ſecundo, ſubdens, quod ita ſeruatur in practica, quem refert Pract. Papien. in forma inquiſitionis, in verbo hæc eſt quædam inquiſitio, numer. vigeſimoſecundo, & Brunus de indic. & tortura, folio 126. numer. 60. Curt. ſen. conſ. 59. num. 9. Auguſt. ad Angelum, de maleſic. in verbo, Fama publica, poſt num. 95. Marſil. in dicta l. repeti. numero 8. & ſequent. vbi etiam ſubdit, quòd ita ſeruandum eſt in practica, quem refert Crauett. conſilio 288. numero 7. & Petr. Caleph. inter conſil. criminal. diuerſorum, conſil. 63. num. 18. libro 2. Ex primis autem indicijs non debet quis in tormentit repeti, & ita communiter tenetur, vt dicit Alex. in allegato conſilio 5. num. 5. lib. 1. & prædicta dicit ſentire communiter Doctores, Boſſ. in tit. de tortura, numer. 42. Et ex hoc refert Pract. Papienſ. in loco præallegato reprobatã fuiſſe de facto fatuitatem iudicis, qui prius torqueri fecerat cum ſuper indicio famæ, & deinde ſuperuenerunt alij teſtes probantes famam, et ipſe nullũ de nouo torqueri fecit: [m] Nam ille Iudex malè fecit, quia non ſuperuenerat indicium nouum, ſed ſolum noua probatio illius primi indicij, quod iam fuerat per torturam purgatum. [n] Hæc autẽ omnia intellige, vt procedant, niſi prima indicia fuerint multum vrgentia, & manifeſta: nam eo caſu, licet ſecundum aliquos de iure tortura repeti non poſſit, quorum opinionem communem appellat Antonius Gomeſ. capitul. 13. delictorum, numeto 26. nibilominus de conſuetudine ſeruatur, vt tormenta [o] repeti poſſint: & ita practicari atteſtatur Bartolus in dicta l. vnus, §. reus, numero ſecundo, quem refert Socin. conſil. 54. numero decimoquarto, libro tertio, & Grammatic. conſilio vigeſimoprimo, poſt numerũ quintum, Anton. de Canar. de Quæſtion. in ſexto mẽbro, [p] poſt numerum primum, ſubdens, quod in hoc omnes conueniunt, [q] vt repeti poſſit, vel non poſſit, ſecundum qualitatem indiciorum præcedentium; & quod ſæpè ſic faciunt boni aſſeſſores, quia incipiunt à leui tortura, & ſi ex ea habent veritatem, benè quidem; aliàs eam repetunt. Caueant tamen ſecundum eum Iudices, ne [r] huius arbitrij prætextu immoderatè ſæuiant, ſed potius in dubio ad torturam non procedant. Multi enim innocentes propter tormentorum ſæuitiam confeſſi, & condemnati fuerunt, vt etiam diebus noſtris [ſ] contigiſſe intellexi in duobus, qui in tortura confeſſi fuerunt occidiſſe quendam Nobilem eorum inimicum, qui [t] deinde poſt multos annos repertus fuit viuus in quodam Caſtro carceratus per quendam magnum Dominum: ipſi tamen propter eorum confeſſionem, vi tor-

q *Vt repeti poſſit, vel non.*) Adde infra, q. 90. verſi. Aut verò, circa medium. *Baiard.*

r *Huius arbitrij prætextu.*) Adde ſupra quæſt. 31. verſic. Arbitrio; ſupra hac eadem quæſt. verſic. Dixi etiam poſt medium, quæſt 21. verſic. ſi aliquis viſus in princip. Sunt autem, ſi fieri poteſt, pauca relinquenda iudicis arbitrio, vt dixerunt Menoch. tract. de arbitr. iud. in princip. Petra tract. de prohib. fideicommiſſ. in princip. Crauett. tract. de antiquit. tempor. part. 1. verſ. quid in lib. num. 26. in fin. Ideò fortaſſe ea inuoluunt, modo, quo dixi ſupr. ad quæſtionem 53. verſic. Dixi etiam. *Dregh.*

ſ *Noſtris contigiſſe.*] Far. vbi ſup. nu. 68. *Roſ.*

t *Deinde poſt multos annos.*) Adde, quòd ſimilis euenit caſus in perſona nunc quondam Reuerendiſſimi Domini Pauli de Aretio, dum eſſet iudex in Ciuitate Neapolis propter